Knab, Erhardus; Aegidius <Romanus>; Thomas <de Aquino>; Ps.-Augustinus: Sammelhandschrift
Frankreich und Deutschland, 15. Jh. (1400-1427) Seite 161r



## Prologus

Incipit prohemium sequentis opusculi quod tamen
nominatur forma confessionum

IN domini tabernaculo idest in sancta ecclesia po-
situs et si per doctrine sapientiam fialas exhi-
berem doctrine inebriandi mentes legen-
tium ministrare non potui in spiritu tamen pro divina lar-
gitate sufferens ciathum pure atque angustie vel
ut verius dicam pene nullius scientie presens
videlicet opusculum de informatione simplicium sacerdotum
in confessionibus audiendis compulsus per inobedientiam
compilavi. Cum enim studio beati gregorii circa prin-
cipium cure pastoralis sic artem artium regimen animarum
et occultiora sint vulnera cogitationum quam viscerum
horrendum profecto est videre quosdam sacerdotes nostri
temporis qui sacram scripturam in qua prefati re-
giminis ars sufficientissime traditur in nulla canonum
et scripta doctorum in quibus plenissime declaratur
vel pro torpore legere negligunt vel pro ignorantia
nesciunt et tamen coram medicos in audiendis con-
fessionibus se profiteri impudenter non metuunt quan-
do qui pigmentorum vim nesciunt videri carnis
medici erubescunt. Talibus igitur deo odibili igno-
rancie pro obedientiam ut dixi compulsus sub scripta
informatione simplicitatis studii stilo potius conatus sum
ut debui subvenire.

In principio autem huius opusculi tituli capitulorum
et singularum particularum eorundem continentie premit-
tuntur quibus ad legendis cum quasi quibusdam
passibus facilius graditur

Porro particularum cuiusdam capituli continentie non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1058/0331
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG